



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCLXX. Markgraf Woldemar von Brandenburg verkauft seinen Theil
Pommerns, nämlich die Schlösser und Städte Danzig, Dirschau und
Schwetz mit dem dazu gehörigen Gebiete, an den Deutschen Orden, und

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

presentem paginam desuper confectam dedimus, nostri sigilli munimine de nostro consensu et certa scientia roborandam, Presentibus testibus idoneis, videlicet dicto Woldemaro de Brandenburg Marchione et Alberto de Anhalt Comite, Principibus, Wartillao duce Stetinenfi, Henrico de Regenstein, Borchardo de Lindowe et Gunthero de Keuernburg, Comitibus, Ludolfo Seniore de Wedele, Henrico et Henningo de Stegelitz, Henningo de Blankenburg, Rauen, Buck et Reymar de Pens, militibus, et aliis quam pluribus fidei testimonio decoratis. Actum et Datum in Trybbese, Anno domini Millefimo trecentesimo decimo, in die palmarum.

Aus Lucas David's Preuß. Chronik S. VI, 68. 69.

CCCLXX. Markgraf Woldemar von Brandenburg verkauft einen Theil Pommerns, nämlich die Schlösser und Städte Danzig, Dirschau und Schwetz mit dem dazu gehörigen Gebiete, an den Deutschen Orden, und verspricht die Bestätigung des Römischen Königs für diese Veräußerung zu beschaffen, am 31. Mai 1310.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Lufacensis ac Landsbergensis Marchio, Tutorque Johannis, inclyti Marchionis Brandenburgensis, ad noticiam univerforum, praesentium et futurorum devenire cupimus, quod nos de nostrorum consiliariorum sano consilio et consensu, ac matura deliberatione praehabita, religiosis ac honestis viris, fratri Siffrido de Feuchtwang, hospitalis S. Mariae Jerosolymitani Theuton. Magistro Generali, ac fratribus ejusdem sacrae professionis in Prussia, partem terrae Pomeraniae, videlicet castra et civitates Gdantzk, Dirfaviam atque Swetzam, nec non omnem terram circumjacentem, quae ad dicta castra ab antiquo pertinebat, pro marcis decem millibus Brandenburgensis argenti et ponderis puri, rite ac rationabiliter vendidimus, cum castris, castellis, villis, theloneis, vectigalibus, foris, cum agris cultis et incultis, viis, inviis, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, lacubus, paludibus, venationibus, piscationibus, burris (butis?) mellificinis, cum utilitate et fructibus, qui de dicta terra in praesentiarum percipi poterunt in iis, quae super terram humano se representant conspectui, Aut qui percipiendi sub terra futuro tempore apparebunt, videlicet in sale, ferro, plumbo, cupro, argento, auro, ac in cujuslibet generis metallo, quocumque nomine censeatur, si in ea quomodolibet poterunt reperiri, cum omni dominio, jure et judicio, quo nostri progenitores praefatam terram imperiali auctoritate quondam habuerant, et nos eadem auctoritate hactenus habuimus, perpetuo libere possidendam. Metas vero dictae terrae, territorium ac districtum Castri, dicti Stolp, attingentis, sic duximus distinguendas, incipiendo a loco, in quo fluvius, Leba dictus, influit in mare, eundemque ascendendo, quousque perveniatur ad quercum Ducis, ab eo procedendo ad villam dictam Malecitz. Deinde usque in villam Onézino dictam, ab hac ulterius ad villam Oskava nominatam, ab hac usque ad villam Goluskina vocatam. Quae villae omnes, cum suis campis, quos ab antiquo possederant, Magistro et fratribus praedictis

pertinebunt. De praedicta vero villa Goluskina procedendo ad locum, qui Warnawa Woda vulgariter vocatur, ab hoc ulterius procedendo ad montes, dictos Weski, ab iis ad lacum dictum Lanki, deinde ad lacus et paludes, quae vocantur Wolza, deinde ad collem, qui vocatur Bobelze, in quo quondam castrum fuerat. Post haec ad fluvium, dictum Rewditz, ulterius procedendo, in quo metae hujusmodi terminantur. Metas vero reliquas ejusdem terrae sic venditae, terram Cujaviae ac Poloniae attingentis, sic permanere volumus, quemadmodum antiquitus sunt distinctae. Praedictam terram praefatis, Magistro et fratribus, voluntarie resignamus, ipsosque in possessionem ejusdem quietam et pacificam inducentes, promittentesque et obligantes nos, Magistro et fratribus ante dictis, quod proprietatem terrae jam dictae, quam Jure Feudi imperiali auctoritate habuimus, resignari eisdem a Serenissimo Domino, Romanorum Rege obtinebimus et confirmari procurabimus, nostris sumptibus, laboribus et expensis, Renunciantes nihilominus pro nobis, ac pro Johanne, inclyto Marchione Brandenburgensi memorato, cujus tutor existimus, ac pro nostris suisque haeredibus ac successoribus legitimis omni actioni ac impetitioni, quae nobis in posterum quocunque jure, quovis quaesito colore, in terra posset competere supradicta. Universa insuper privilegia ac instrumenta, nobis nostrisque progenitoribus super dicta terra, tam a serenissimis Romanorum Regibus, quam a Rege Bohemiae, aut a quocunque alio collata, post obtentam confirmationem super proprietate dictae terrae, ut est dictum, praefatis Magistro et fratribus nos promisso adstringimus resignare. De praedicta vero pecuniae summa nobis per saepe dictos Magistrum et fratres, marcas quinquies mille Brandenburgensis argenti et ponderis ponderatas solutas recognoscimus integre et pagatas, ipsasque tam in nostros, quam inclyti Johannis Marchionis Brandenburgensis ante dicti saepius (usus?) esse conversas praesentibus protestamur. Partem vero residuam pecuniae prius dictae, saepe dicti Magister et fratres nobis solvere minime tenebuntur, quousque dictae emptionis contractum atque proprietatem terrae saepius nominatae a Serenissimo Domino Romanorum Rege, pluries ante dicto, obtinebimus confirmari, quemadmodum superius est expressum. Porro si super proprietate dictae terrae confirmationem impetraverimus infra annum, ex tunc nominati Magister et fratres a festo Pentecostes jam praeterito ad annum residuam pecuniam nobis solvere tenebuntur. Verum si casu aliquo seu impedimento interveniente, quod absit, confirmationem eandem impetrare possemus nullatenus infra annum, et post per aliquod temporis intervallum ipsam obtinuerimus, et Magistro ac fratribus id notum fecerimus; extunc ipsi ad solvendam nobis ante fatam pecuniam residuam a tempore notitiae ad dimidium anni spatium sunt adstricti. Et super haec omnia, si nos ex permissione divina diem claudere contingeret extremum, naturae debitum persolventes, extunc pecunia, quae adhuc restat solvenda, ad Johannem, inclytum Marchionem Brandenburgensem, successione haereditaria devolvetur, ita tamen, quod idem universa et singula, quae superius sunt distincta, tenebitur adimpleri. Ut autem haec omnia rata permaneant ac inviolabilia perpetuo tempore perseverent, praesens scriptum super his confectum nostri sigilli appensione duximus roborandum. Acta sunt haec in Stolp, praesentibus testibus idoneis infra scriptis, videlicet Domino Burchardo de Lindowe, Domino Gunthero de (Keuernberg, Comitibus, Henrico et Frederico

de) Alvensleue, Ecberto dicto Romelow, Nicolao de Buck, Droysecone, militibus et pluribus Viris aliis fide dignis. Anno Dominicae Incarnationis MCCCX^o., Pridie Junii, Indictione tertia.

Nach dem Abdrucke in den Acta Boruffic. III, 539—545, mit Correctur der augenscheinlichen Fehler, wie Lanotsbergensis statt Landsbergensis, notiam statt noticiam, rata perveniant statt rata permaneant, nimirum statt videlicet u. dgl. In der Reihe der Zeugen ist die eingestammerte Stelle, als höchst wahrscheinlich, ausgelassen, zugesetzt und sind die Namen Alversleue in Alvensleue, Goberto dicto Romelow in Ecberto dicto Romelo corrigirt. Zwischen Pridie und Junii ist vermuthlich Kal. ausgelassen.

CCCLXXI. Bernhard von Ploetz und Friedrich von Alvensleben beurkunden, einen Theil der Summe, wofür der Deutsche Orden Pomerellen erkaufte, richtig empfangen zu haben, den
13. Juni 1310.

Nos Bernhardus de Ploetz, Fridericus de Alvensleue, milites, ad noticiam uniuersorum — cupimus deuenire, Quod nos anno Domini millesimo CCC. decimo, idibus Junii, de marcis decem milibus Brandenburgensis argenti et ponderis, quibus religiosi et honesti viri, videlicet frater Sifridus de Vuchtewang, hospitalis s. Marie Jherosolimitani Theutonici magister generalis, ac fratres ceteri ejusdem sacre professionis in Prusia, obligati fuerant inclito domino Woldemaro, Brandenburgensi, Lufacie ac Landisbergensi marchioni, ratione partis terre Pomeranie, ab eisdem rite et rationabiliter empte, marcas quinquies mille ejusdem argenti et ponderis ex parte dictorum dominorum Marchionum a predictis magistro et fratribus in Stolp receperimus — . Cujus medietatem pecunie in usus prefati domini Johannis, alteram vero in domini Woldemari usus esse conuersam et nos ipsam ex eorundum certa scientia recepisse, presentibus publice protestamur. In cujus etc. Datum et actum in Stolp, anno Domini et die superius annotatis.

Aus dem ungedruckten Theile des Dreger'schen Codex. — Wehbrück's Nachr. v. Alvensleben I, 152.

CCCLXXII. Markgraf Heinrich von Brandenburg giebt seinen Consens dazu, daß König Heinrich, wie früher König Albrecht, zum Besten des Grafen Berthold von Henneberg, dem Schlosse und der Stadt Wasungen die Rechte und Freiheiten der Reichsstadt Schweinfurt beilegt, am 18. Juni 1310.

Nos Henricus, dei gracia Brandenburgensis et Landisbergensis marchio, recognoscimus, quod quia serenissimus dominus noster, dominus Albertus, quondam Romanorum rex, propter fidelia, vtilia et fructuosa seruicia, per nobilem virum, Bertholdum comitem de Henneberg, sibi ac imperio impensa, et in posterum impendenda, hanc sibi fecit gratiam specialem, quod castrum et opidum Wasungen omnibus libertatibus, iuribus